

sa froide et funèbre image soient, à la face du monde entier, un monument de fermeté italienne. Qu'elles paraissent à la lumière, afin que le pontificat civil, à son retour, trouve un trône à la hauteur de sa mission, le tombeau du magnanime Boniface. Nous l'entendons venir ce pontificat; le voilà. Que certains lecteurs nous pardonnent le pressentiment d'un si grand retour. S'il y a faute de notre part, ce n'est pas une faute de l'esprit mais du cœur : et au cœur on pardonne toujours.

## DOCUMENT (A).

### SENTENCE ARBITRALE DE BONIFACE DANS LE PROCÈS PENDANT ENTRE ÉDOUARD D'ANGLETERRE ET PHILIPPE-LE-BEL.

In nomine Domini Amen. Anno Domini MCCXCVIII. indictione XI. pontificatus domini Bonifacii papae VIII. anno IV. die XXVII. mensis junii, sanctissimus pater et dominus, dominus Bonifacius divina providentia Papa VIII. arbitrium, laudum, diffinitionem, arbitralem sententiam, amicabilem compositionem, mandatum, ordinationem, et alia infrascripta recitavit, legi fecit, dedit, et protulit in hunc modum: Dudum inter charissimos filios nostros Philippum Francorum ex parte una, et Eduardum Angliae Reges illustres ex altera, suggerente inimico humani generis pacis aemulo, super diversis articulis materia discordiae ac dissensionis exorta, tandem iidem Reges per speciales nuntios et procuratores ipsorum, ad hoc ab eis mandatum habentes, in nos Bonifacium, divina providentia papam VIII. tanquam in privatam personam, et dominum Benedictum Gaytanum, tanquam in arbitrum et arbitratorem, laudatorem, diffinitorem, arbitralem sententiatorem, amicabilem compositorem, praeceptorem, arbitratorem, et dispositorem, et procuratorem super re-

formanda pace et concordia inter ipsos Reges, ac super iis, quae ad pacem pertinent; et super omnibus, et singulis discordiis, guerris, litibus controversiis, causis, quaestionibus, damnis et injuriis, petitionibus et actionibus, realibus et personalibus atque mixtis, quae fuerant, et erant seu vertebantur, et esse vel verti possent inter ipsos Reges occasione quacumque; de alto et basso absolute et libere compromittere curaverunt. . . . .

Pronuntiamus hac vice, ut inter eosdem Reges fiat et sit perpetua et stabilis pax; et quod treguae vel sufferentiae voluntariae dudum indictae, initae ac firmatae inter eos, eo modo et forma, ac omnibus, et illis personis et terris, et sub illis poenis, conditionibus, et temporibus sub quibus indictae, initae, ac firmatae fuerint inviolabiliter observentur. Ad hujusmodi autem pacem confirmandam, roborandam atque servandam infra tempus, et quod duxerimus moderandum, praefatus Rex Angliae Margaretam sororem praedicti Regis Franciae recipere ac ducere cum dotalio quindecim millium librarum Turonensium, assignando per ipsum regem Angliae in locis competentibus, de quibus inter partes fuerit concordatum, vel (ubi partes ipsae non concordarent per nos arbitratum fuerit, in uxorem: et idem Rex Franciae eandem sororem suam eidem Regi Angliae in uxorem dare, et tradere cum dispensatione Sedis Apostolicae teneatur: quodque Isabella filia praelibati Regis Franciae, quae infra annum septennem dicitur constituta suo tempore Eduardo praedicti Regis Angliae filio, qui jam XIII. aetatis suae annum exegit, cum simili dispensatione matrimonialiter cum dotalio decem octo millium librarum Turonensium, similiter assignando per eundem Regem Angliae pro dicto filio suo in competentibus locis, de quibus concordaverint ipsae partes, de quibus nos duxerimus arbitrandum, si super hoc inter eos non provenit concordia, copulentur, idque firmetur atque valletur ex nunc modis inferius annotatis; . . . . .

Item dicimus, laudamus, arbitramur, seu etiam diffinimus, quod de omnibus bonis mobilibus vel se moventibus, ablatis vel alias male subtractis et de omnibus damnis datis hinc inde ante tempus motae vel ortae guerrae praesentis; primo de omnibus, quae extant et consumpta non sunt praesertim in terra, quod Rex Angliae omnia, quae de praedictis extant et consumpta non sunt, praesertim de navibus, et aliis quibuscumque bonis per Anglicos, et Vascones, et eorum complices ante guerram occupatis in mari vel in terra, quod Rex Angliae omnia, quae de praedictis extant bona fide sine lite et absque figura iudicii, omni fraude cessante, ad requisitionem Regis Franciae vel nuntii sui statim faciat ad plenum restitui: et Rex Franciae similiter, si qua talia ante dictam guerram capta vel ablata apud ipsum, vel in sua potestate extantia reperta fuerint, similiter ad plenum restitui faciat a praefato Rege Angliae vel ejus nuntio requisitus. De ablatis vero non extantibus, sed deperditis, et consumptis, laudamus, arbitramur, seu etiam diffinimus, quod Rex Angliae ad requisitionem Regis Franciae vel nuntii ejus satisfieri faciat; et ad hoc faciendum etiam teneatur sine lite ac figura iudicii, bona fide, et omni fraude cessante: et Rex Franciae similiter, si qua per gentes suas ablata, deperdita, seu consumpta inventa fuerint, ad requisitionem Regis Angliae vel nuntii sui faciat satisfieri, taxatione nobis circa praedictorum aestimationem contra utramque partem; ubi per concordiam partium negotium super praedictis solum non esset, plenarie reservata.

Item dicimus, laudamus, arbitramur, seu etiam diffinimus, quod idem Rex Angliae de omnibus terris, vassallis, et bonis, quae ipse nunc habet, et tenet in regno Franciae, seu tenebat aute motam guerram praesentem, habeat illam quantitatem et illam partem terrarum, vassallorum, et bonorum eorundem quam sibi ex virtute compromissorum praedictorum laudaverimus, et mandaverimus assignari, vel inter Reges ipsos fuerit concordatum, et sub illis fidelitate, homagio, modis, et condi-

tionibus habeat, sub quibus ipse ac pater suus habuisse hactenus, et tenuisse noscuntur, modis, et temperamentis per nos adhibendis in abusu, si quis ex parte gentis Regis Franciae hactenus commissus inventus fuerit in exercitio resorti: modis et temperamentis, per nos adhibendis in abusu partis alterius, si quis videlicet ex parte Regis Angliae vel suorum hactenus commissus contra jus resorti fuerit inventus, ne talia in posterum committantur, conditionibus etiam, modis, et securitatibus per nos imponendis et adhibendis in terris, vassallis, bonis, et aliis, quae per nostram pronuntiationem, seu concordiam partium praefatus Rex Angliae vel successores ejus contra Regem Franciae vel successores ipsius valeant rebellare.

Dicimus etiam, laudamus, et arbitramur, seu etiam diffinimus, quod ex nunc omnes terrae, vassalli, et bona praedicta, et alia tam quae tenet Rex Franciae de iis, quae tenebat Rex Angliae ante guerram presentem; quam quae tenet Rex Angliae in regno Franciae, bona fide, ac sine omni fraude, absolute ac libere in manibus et posse nostris ponantur, et assignantur, tenenda nomine Regis Franciae, quae ex parte sua et nomine Regis Angliae, quae ex parte ejusdem nobis fuerint assignata; ita tamen, quod per hoc in possessione vel proprietate nil novi juris accrescat alterutri partium, vel antiqui decrescat: super quorum assignatione, si qua fuerit exorta dubitatio vel ambiguitas inter partes, illam nostrae declarationi et arbitrio reservamus. Quod si forsan dicti Reges de ipsis terris, et bonis ad invicem concordaverint, volumus, laudamus, et arbitramur, ex nunc id, in quo concordaverint, perpetuo et inviolabiliter observari, alioquin nos ex compromissi praedicti virtute apponemus ad id illud remedium, quod Dominus ministrabit, et ex tradita nobis potestate licebit. Si vero casu aliquo contingente hoc facere non possemus, volumus, dicimus, et arbitramur, quod utrique parti pristina jura sua salva remaneant et illaesa, etc. Acta, lata, et pronuntiata fuerunt arbitrium, laudum, arbitralis sententia, mandatum, dif-

finitio, ordinatio, dispositio, et omnia supradicta per eundem dominum Papam, ut superius enarrantur, anno, indictione, mense, ac die praedictis, Romae apud S. Petrum in palatio papali, in consistorio publico, facto in sala majori, praesente ibi gentium multitudine copiosa; et presentibus reverendis patribus dominis, Dei gratia, Gerardo Sabinensi, fratre Mattheo Portuensi et S. Ruffinae, et Joanne Tusculano episcopis; Joanne tit. etc.

### NOTE (B).

#### DU PERFIDE CONSEIL DE GUIDO DE MONTEFELTRO.

Il n'y a pas d'historien qui, trouvant l'occasion de dire un mot de Boniface, ait omis, jusqu'à ce jour, de remarquer que ce pontife, s'inspirant des conseils de Guido de Montefeltro, n'avait triomphé des Colonne que par le parjure. De brillantes promesses, violées plus tard, auraient livré les rebelles à ses vengeances, en les attirant hors de la ville forte de Palestrine.

Or, il est certain d'abord que ce récit, quels que soient d'ailleurs le nombre et le mérite des écrivains où il se trouve, ne se recommande que par l'autorité du seul Alighieri, auquel on doit nécessairement remonter; en sorte que la vérité de ce fait ne repose pas sur le témoignage d'un écrivain, témoin oculaire, ni d'un annaliste sérieux, mais sur celui d'un poète tel que Dante, qui fait des vers pour satisfaire ses rancunes. Voici ses paroles, ou plutôt celles qu'il met dans la bouche de Guido, plongé en enfer.

« Je fus d'abord homme de guerre, ensuite je portai le froc,  
« croyant que la ceinture purifierait mes fautes; et certes j'aurais  
« eu raison de le croire, si le grand pontife que je maudis ne  
« m'eût replongé dans mes premiers égarements. Tu vas savoir  
« comment et pourquoi je devins coupable.